

*MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80391-4*

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
“Foundations of Western Civilization Preservation Project”

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

SCHNEIDER, RICHARD

TITLE:

COMMENTARII CRITICI
ET EXEGETICI IN
APOLLONIUM ...

PLACE:

NORDEN

DATE:

1878

Master Negative #

91-80391-4

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88Ap5
Z8 Schneider, Richard, 1835-
v.1 ...Commentarii critici et exegetici in Apolloni-
um Dyscolum specimen. Accedunt emendationes ...
Norden, Soltau, 1878.
16 p. 25½ cm.
"Jahresbericht über das Königl. Ulrichs-Gymnasi-
um zu Norden" ...
Vol. of pamphlets.

375328

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm

REDUCTION RATIO: 13 1/2

IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB

DATE FILMED: 12-30-91

INITIALS M.B.

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100

Silver Spring, Maryland 20910





301/587-8202



Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

No. 4

Jahresbericht

über das

Königl. Ulrichs-Gymnasium zu Norilen

am Schluße des Schuljahres

von Ostern 1877 bis dahin 1878.

von

dem Director des Gymnasiums

Dr. R. Schneider.

- 1) Commentarii critici et exegetici in Apollonium Dyscolum /
specimen. Accedunt emendationes. {
2) Sduanadiciten. {
Bom
Director.

Norden.

Druck von Diedr. Soltau.

1878.

1878. Progr. Nr. 263.

Apollonii Alexandrini scriptis minoribus, quae propediem ex officina Teubneriana prodibunt emendatoria, praeter scripture discrepantiam et testimonia adiecimus brevia argumenta; non adiecimus commentarium criticum et exegeticum, ne adnotatione obtrueremus ipsa scriptoris verba. Praeterea hoc assequemur ut, quae e censuris editionis illius ad emendanda et interpretanda Apollonii verba redundaverint, in nostrum usum conferre possumus. Sed cum verear non sine iusta causa, ne futurum sit ut aliquantum temporis praetereat, priusquam volumen alterum, cui commentarium inseremus, possit edi, eius specimen proponam, ut utrum rectam viam ingressus sim neene, iudicent harum rerum periti.

Apoll., de pron. p. 9, 11 (p. 10 A 3 ed. Bekk.) seqq.

Definitur igitur pronomen hoc modo: Est vox nominis loco posita, definitas personas indicans, quac, ubi genera finibus non discernit, ita declinatur ut singuli eiusdem pronominis casus ac numeri a diversis stirpibus deriventur. p. 9, 11—13.

Cf. synt. 101, 7: Εξετωσον ἡντονομάζεις, τὸ μετὰ δεῖξεος ἢ ἡντονομάζειν
ἢ οὐ σύνεστι τὸ ἔρθρον.

Definitionem, quae in Bekk. An. 906, 7 legitur, Apollonianam esse, verbis paullum immutatis, sed eadem sententia, non est quod moueam. Dionysii Thracis, qui fertur, haec est (p. 640, 15): Ἀντονομάζεις ἐστι λέξις ἡντονομάζειν, προσώπων ὀνομάζειν τὴν φύσιν. Ηγέπεται: δὲ καὶ ἐξ πρόσωπα, γένου, ἔργου, πρόσωπος, τηλευτῆς εἰδη. Cum hac ad verbum fere convenient, quae Priscianus XII, 1, 1 proposit: 'Pronomen est pars orationis, quae pro nomine proprio unius cuiusque accipitur personasque finitas recipit. Pronomini accident sex: species, persona, genus, numerus, figura, casus'. Eadem protulit Partitt. II p. 467, 21: 'pronomen est quod pro nomine proprio ponitur et personam finitam habet'. Quod nomen proprium in locum ἔνθετος substituit, ea in re sane non dissentit ab Apollonio (Schoem. Redeth. p. 123); sed cetera ex Dionysii Thracis arte sumpsit. Miror igitur Schoemannum dicere (Redeth. p. 127) Priscianum hac in re, ut in ceteris omnibus, Apollonii secutum esse; immo suam de pronomine scriptiōnē ex Dionysii, Apollonii, Herodianī (id quod ipse II p. 492, 14 indicavit), fortasse etiam ex aliorum praeceptis consarcinavit. Quia in re mira quaedam hominis inconstans apparent: nam in part. p. 491, 6 hanc definitionem habet: 'Pars orationis quae pro nomine posita tantumdem paene significat personamque recipit' (hanc Charisius Diomedes Donatus probaverunt), cui tamen infra addit, 'nam pronomen proprie est, quod pro nomine proprio ponitur' et 'pronomen quoque, quod loco proprii nominis accipitur, debet finitas habere personas'.

Dionysii Thracis definitionem ad verbum descriptis Choer. Ep. 34, 33: 35, 7; videtis igitur Priscianum expilandis libris non solum Apollonii, sed etiam aliorum, contendere cum Choerobosco; quam rem obiter tetigi Mus. Rhen. a. 1873 p. 186.

Apollonii vestigia Herodianum secutum esse ex Prisc. I, 61, 18 et II p. 492 Hertz discimus; eorumque et Dionysii, qui cum iis fere congruit, auctoritatem apud inferioris aetatis grammaticos graecos valuisse, Choeroboscus facit ut credibile videatur. A quibus latini grammatici discrepabant (v. Schoem. Redeth. p. 126—27), quos persequi ab hoc loco alienum est.

Definitionis partes singillatim percensentur.

1. Pronomen esse vocem loco nominis positam appareat. Quod cur fui et quorum nominum loco ponantur, infra explicabitur (p. 24, 22; synt. 95, 11) p. 9, 14—16.

Quodsi semper nominis loco ponitur pronomen, ut est in definitione, quid est cur hypothetice dicat synt. 12, 6 τότε γάρ τονίσταται ή κύτοτέλεις, έτσιν ίντι οὐκέτης παρεχθή ή ξντονυγίς κτλ.?

2. Personas indicat aut demonstratione aut relatione. Quod autem demonstratur, definitur, quodque refutat, antecedentem cognitionem significat. Itaque pronomen sive hunc sive illum habet usum, semper definitus personas indicat. p. 9, 17—10, 7.

p. 9, 17 ή δειπτακά έπειν ή ξντονυγία] cf. Schol. Dion. Thr. BA p. 887, 30. 904, 13.

p. 10, 2 Quae Uhlig e Schol. Dion. Thr. addidit, necessaria sunt. Nam si omisseries, quae leguntur pugnant cum eis, quae subsequuntur.

p. 10, 3 Cf. Prisc. XII, 3 p. 579, 1 Hertz: 'ipse vero, si per se proferatur in tertia persona, relativum est . . . si vero cum aliis pronominibus iungitur, eorum accipit significationem'.

p. 10, 4 Aut Uhligii aut mea emendatio vera est: nam haec ipsa pronomina, quae afferuntur, relativa sunt.

p. 10, 5 γνῶσιν προσέρεστων] 'antecedens cognitionis' Prisc. XII, 2 p. 571, 13 Hertz.

Cui nego hoc opponi potest, verba quoque personas definire: eorum enim tertiae personae indefinitae sunt neque determinantur nisi additis pronominibus; neque illud, etiam nominibus propriis certas personas designari: nam propter homonymiam res sapientia relinquuntur. p. 10, 8—17.

p. 10, 8 Cf. synt. 12, 20 παρεχθήσταται οὖν ή εἴθεις ἐν κύτοις τοῖς ξέμασιν κατὰ μὲν τὸ πρώτου καὶ δεύτερου θρησκέων, κατὰ δὲ τὸ τρίτου διά τοις ξέμασιν εἰναι τοῖς τρίτου σορθεουμένῳ γράψει μή ξέριστος ξένεργειν γένονται, καθηπερ ἐπὶ τῷ πρώτῳ προτεττεῖ ή φροντίζει.

Prisc. XII, 2 p. 578, 1 Hertz: 'non irrationaliter tertiis verborum personas infinitas Ap. diciunt'. Schol. Dion. Thr. BA p. 907, 14: κατὰ τοῦτο διαφέρει ξέμαστον ή ξντονυγίαν καθὼ τὸ τρίτου θρησκείας, καὶ πάντως ιστεσσον ήμένι τὸ πρόσωπα ή διξαροφής ή διξιεζος, οπερ οὐκ εἰλέχει τὸ φράγμα. Cf. Skrzeczka 1869 p. 20.

p. 10, 13 οὖν servandum censem Guttentagio, mihi γάρ necessarium videtur: nam haec sit sententia oportet: 'certe definitur Alias nomen proprium adiecto Telamonius nomine; ergo qui definitum esse potest?'

p. 10, 14 Cf. synt. 41, 5—20. 74, 4—20.

Atque ubi pronomen et relationis et demonstrationis expors esse videtur, ut si dicimus illa beatissimum est qui e. q. s. spectat ad personam aliquam mente anticipatam. Et si illa dicimus: 'Hic vir, qui paullo ante mihi obciam venit', is, de quo sermo est, tamquam si praesens sit cogitatur. p. 10, 18—26.

p. 10, 19 Cf. synt. 27, 7.

p. 10, 22 εἰρηκίζεσθαι = praedicare cf. Lob. Phryn. 599.

3. Pronomina, ubi genera terminatione non discernunt, inaequalem habere et per numeros et per casus declinationem, octo legibus demonstratur. p. 10, 27—11, 16.

p. 10, 27 κατὰ πτῶσιν καὶ ξέμασιν διξαροφής ή ξντονυγία] cf. pron. p. 1, 19, 11, 21 θέματα ιδία κατὰ ξέμασιν καὶ πρόσωπον καὶ πτῶσιν. p. 11, 29 μοναδικά καλούμενα. 66, 1. synt. 62, 17. 102, 4 οἱ προσειμεναι ξντονυγίαι θεματικά πτῶσιν. 103, 11. Prisc. XII, 2 p. 578, 7 Hertz 'et primas quidem personae pronomen et secundas et tertiae cum non discernunt genera, inaequalem habent etiam casuum declinationem tam in singulari quam in plurali numero . . illa vero, quae distinguunt genera, rectam habent et aequalem per utrumque numerum declinationis et casum regulam'. Herod. μον. 19 ξντονυγίαι μὲν οὐκ ξέμασιν, οὐδὲ τησδέδον μονάδες εἰσὶ πτῶσι, καὶ μάλιστα τι προτεττεῖται.

Inaequabilia esse pronomina illa ut porro comprobent, non recte hoc statuunt, a genetivis in oī ereuntibus ita derivari nominativos, ut σ littera in fine adiciatur (νοῦ-νοῦς), itaque σοῦ-σου pugnare cum

analogia: cum hac enim regula etiam articulus pugnat (ποῦ-ό). Quam regulam si illi non nisi de nominibus valere monent, ab hoc loco aliena est, ubi de pronominibus agitur. Praestat igitur, hanc legem sancire: Genetivi vocabulorum, quae in brevem ζ ι ν vocalem excent, (hae enim vocales sunt διγλωσσι, i. e. et breves et longae esse possunt) non parum habent syllabarum numerum atque nominativi, unde provenerunt. Cui legi σ' σοῦ aduersatur. p. 11, 16—22.

Ea vero pronomina, quae ipsa terminazione genus distinguunt, aequalem per casus numerosque declinationem habent. Sunt haec derivativa vel possessiva; primitiva enim vel personalia primae secundaeque una demonstratione, non terminazione, generu significant, p. 11, 23—30.

p. 11, 23 διχ τὰς καλούμενας παρεχθήσονται] Mirum sane est Apollonius praeter derivata i. e. possessiva non commemorare demonstrativa tertiae personae (ζε, οὗτος, οὗτε, ξεστος, ξιτός): haec enim a personalibus non disiungit. Quae ne in iis quidem, quae sequuntur, disertis verbis commemorat, sed ita ut cogitando supplenda sint. — De paragogis igitur, i. e. de possessivis, ubi agitur, distinguendum est inter τὰ εἰδούσαν vel τὸ ξεπόντων i. e. personam rei possessae, ad quam terminatio pertinet, et τὸ ξενθές πρόσωπων i. e. initium, quo indicatur is, qui possidet; cf. p. 15, 2—6; Prisc. XII, 7 p. 880, 26 Hertz: 'in omnibus enim derivativis pronominibus duae intelliguntur personae, intrinsecus possessoris, extrinsecus possessionis'. Ita factum est ut διπρόσωποι dicerentur a Dracone. (p. 17, 1). In terminacionibus igitur regulam, quam supra protulimus, sequuntur; initii inaequalia sunt sicut primitiva, a quibus descendunt.

p. 11, 24 Modo παρεχθήσονται modo παρεχθήσονται scripsit Bekker; Lobeck Proll. 265 dederat παρεχθήσονται, quod ipse παρεχθήσονται scribi iussit 520; qua de re dicemus in commentatore de Ap. consuetudine. — Τὸ γένος τῶν εἰδούσων πρόσωπων δικαστέλλονται vel τὸ ζ. π. δ. κατὰ γένος scribendum esse non credo Guttentagio. Nam possessiva, cum possessionis personam discernunt, simul etiam genus eius indicant; quod parce ut solet verbis usus sic dixit ille τὸ εἰδούσων πρόσωπων δικαστέλλονται.

p. 11, 27 Cf. p. 37, 18.

p. 11, 29 μοναδικά καλούμενα:] Quamquam de toto hoc loco, qui est de sexus secernendi ratione, luciente scripsit Lobeck Prolegg cap. II. tamen es quoniam non id egit ut Apollonius maxime de hac re praecepit earnaret, sed ut totam doctrinam, non neglectis sane antiquorum grammaticorum placitis, tamquam suo Marte illustraret: non alienum esse duco de eadem quæstione, quatenus ad Dyscolum pertinet, breviter expōnere. Agam igitur de una ea discriminandi generis ratione, quae sola nominis declinatione efficit; eos enim egregie falli dicit technieus, qui articulos sexus dispiciendi causa apponi arbitrantur (quamquam ne hac quidem in re sibi prorsus constat, nam de adv. 154, 8 εἰστιν, inquit, εἰποντο τὴν παρεχθήσει τῶν ξέμασιν δικαστέλλονται τὰ γονάτα). Quia de re pluribus verbis egit synt. p. 23 sqq., etiam uberioris egerat in libro qui erat περὶ γένων (synt. 23, 20, 25, 18).

Ac primum quidem de eis vocibus, quae una terminatione utuntur, dicendum est. Omne igitur unius generis nomen, quod unam, ut par est, terminacionem habet, unde nulla alia, quae alii generi inserviat, nascitur, μονογένες dicitur: 'Ον τρίτον ἐν τῷ παρεχθήσονται γένει τοῖς οὐκέτης εστι μοναδικά κατὰ ξέμασιν προσοργάνω καὶ ἔτι κατὰ θρησκείαν μονογένει καλούμενα' adv. 201, 9. τῷ μέντοι τόντοι, μονογένει ὄντι ib. 145, 18. 20. — Quæcumque vocabula (ut primitiva pronomina, cardinalia) significant illa quidem et res et animalia diversi generis, sed non discernunt exitu, vocantur δικαστέλλονται γένονται, pron. φιτ, 16, ξπαρεχθήσει γένονται δικαστέλλονται τοῖς τέτοις φοντάib. 61, 9. οὕτοις γένονται ξμεριταικά δικαστέλλονται τοῖς τέτοις φοντάib. 61, 19. — Tria autem genera una terminatione designari ubi acerrate indicatur, μοναδικά κατὰ τριγένειαν, vel breviter μοναδικά*) : μοναδικά κατὰ τριγένειαν adv.

*) Adverbia ea videntur dici μοναδικά, quae a nominibus unius exitus derivata sunt, velut τόντοι a τόντοι adv. 169, 17 ή ἐπεδεκτήριοι τὰ εἰσι οἱ λέγονται, μοναδικά οὗται λέγονται. — Μονογένες = καλούτοι synt. 33, 25. Cf. Skrzeczka 1853 p. 12.

141, 22; μοναδικὰ κατὰ τῶν τριῶν γενῶν pron. 12, 8; οὗτοι καὶ μοναδικαὶ αὐλοῦνται (καὶ πρωτότυποι) ἐπεὶ διὰ μῆς φωνῆς ἡ τριγένεια παρίσταται ib. 11, 29, 12, 10; vel minus accurate τῶν τριῶν γενῶν παραπτητική pron. 29, 6; vel μῆς φωνῆς γράμμα κατὰ τῶν τριῶν γενῶν ib. 12, 6; διὰ μῆς φωνῆς τριγένειαν ὑπαγορεύειν adv. 141, 22; τὰ τρία γένη δηλοῦν pron. 12, 11; (in personalibus) τὰ γένη, οὐκ ἐκποττόμενα ίδιοις τέλεσι κατάληπτοι ἔστοι τὸν ἐν τοῖς τρισὶ γένεσι θέσιν διὰ μῆς συλλαβῆς synt. 104, 25 (τὸ οὖτος οὐ μοναδικόν, τριγένες δὲ adv. 167, 18). Quae ita comparata sunt, ea etiam ἀκόλυτα esse solent, ut cardinalium haud paucā (πέντε e. q. s.) et pronomina primitiva, quorum singulare personae numeri casus e singulis stirpibus proveniunt pron. 12, 5–17. — Si duo genera uno exitu indicantur, est σύγχρονος^{*)} τοῦ γένους synt. 24, 18; τοῦ γένους σώματος ib. 23, 27; συνέμπτωσις κατὰ γένον ib. 52, 13; τῷ γένος ἐπικανονεῖται ib. 54, 16; ἐν δοτοῖς γένεσι νοεῖται ἀρενικά καὶ θηλυκά, ὡς ἵππος καὶ τὰ παραπτητικά adv. 201, 14; εἰς ὄμφαλίκην γένους προβολλόμενα synt. 25, 4; eorum quae masculum femininumque animalia significant terminatio, est ubi, ut mos est, κοινά appellantur: τὸ θήρας ἢ τὰ τῶν δινομένων κατὰ κοινότητα μόνον χρωσθεῖται synt. 208, 25; τὰ εἰς ὅν λέγοντα, ὄντας μὲν ὄντα, παραπτητικῶν ἔχει τοῖς ἐν κοινότητι ὡς ἕρθεται, ὁ γέντον, ὁ γέντον adv. 142, 21, quoniamque ea vox saepius usurpat ad aliam rem, de qua infra videbimus, significandam. — Haec igitur omnia sunt monocatalecta.

Sequuntur iam ea vocabula, quae generis notandi causa finem mutant; ea minus accurate dicuntur γένους παραπτητικά pron. 28, 14 (quae noli cūm παραπτητικοῖς τῶν τριῶν γενῶν confundere) vel γένους παραπτητικά synt. 136, 6; τὸ γένος διατελέλλειν pron. 12, 13; γένος παραπτητικά ib. 16, 23; vel paullo distinctius διὰ τῆς φωνῆς γένους παραπτητικά ib. 61, 10. — Quorum haec esse possunt genera: significant tria genera aut trifaria (α) aut bifaria (β) terminatio; duo genera aut trifaria (γ) aut bifaria (δ) exitu. Ex quibus primum et secundum (α β) modo uno τριγένεις nomine comprehenduntur: ἐν τριγένει τῷ τις synt. 136, 11; ἐπὸ τριγένειν πτωτικῶν (έπειτα, καθός) adv. 167, 17; διοπτητική τριγένεις (in ζερνίζεις) ib. 13; ἐστι τοὺς τριγένεις, ἐν ἐκάστῃ φωνῇ λεγόμενα, καθός καθέν, ἐπικανονοῦντά τε τῷ ἀρενικῷ γένει καὶ θηλυκῷ, ὁ ψευδός καὶ η ψευδής ib. 201, 11; τὸ οὖτος οὐ μοναδικόν, τριγένες δὲ ib. 167, 18; τὰ τριγένεις τῶν ἐντονημάτων μόνος διεστονόνται pron. 61, 18; τὰ δινόμενα ὑπὸ τριγένειν πτέται (quae ita flecti possunt ut sua quodque genus terminatio exprimatur) synt. 208, 23: — modo ea quae secundo (β) generi attribuenda sunt, i. e. quae uno exitu masculinum femininumque, altero neutrum exhibent, κοινά vocantur, ut τριγένεις nomen primae (α) classi reservetur: τὸ ἄνερος ἐν κοινῷ γενονός τοῦ ἄνερος ἢ ἄνερος adv. 145, 21; εἰς ὅν λέγοντα, ὄντας μὲν ὄντα, παραπτητικῶν ἔχει τοῖς ἐν κοινότητι ὡς ὁ σάρξιος ἢ σάρξιος ib. 142, 21; τὰ παραπτητικῶν κατὰ γένον ib. 154, 9; ἐπὸ ὄντας κατὰ τὸ γένος τὰ γένη σύνθετα τοικύτα κατὰ γένος pron. 37, 7; κοινά δινόμενα τοῖς συνθέται ib. 31, 20. — Tertiū generis (γ) exempla vix est quod quaebras; de quarto (δ), quod certo nomine, quantum scio, non appellavit Dyscolus. sermo est adv. 143, 20. Τὰ εἰς ὅν λέγοντα, ὄντας μὲν ὄντα, παραπτητικῶν ἔχει . . . ἢ ἐν καταλήξει τῷ εἰς νῦ, Λέγοντα, δέξιον δέξιαν.

Initiū vero, quibus eorum, qui possident, personae indicantur, possessiva pariter inaequalia sunt atque primitiva, unde derivantur. p. 11, 31–12, 2.

12, 1: καὶ τὰς πτώσεις] Extrema verba (z. τ. π.), quia unus est casus τοῦ ἐντὸς προσώπου, genitivus, supervacanea et propterea addita esse videri possunt, quod primitiva dixerat (10, 27) κατὰ πτώσην καὶ ἀριθμὸν διέχοντα esse. Sed recte dixit καὶ τὰς πτώσεις, quia genitivi νοιν ἄμειν reliqui, qui sunt in possessivis, lege analogiae non possunt duci

^{*)} pron. 12, 15 σύγχρονες τοῦ γένους dicitur in personalibus esse, quae tria genera uno exitu designant.

ab ἑμῖν et reliquis genetivis singularis numeri'. Skrzeczka 1847 p. 5, 4. — At h. l. omnino non de genetivis, qui in locum possessivorum substitui possunt, sermo est, sed de ipsis possessivis; ea enim sola παραγγεῖται dicuntur. Iam cum ἑμέρας νοίτερος ceterorum possessivorum initia, ubi fines per casus declinantur, immutabilia sint, non video quo modo possessiva κατὰ τὸ ἐντὸς πρόσωπον ἀνακλούσῃ τὰς πτώσεις dici possint. Puto haec in h. l. inventa esse ex 11, 25 (καὶ προσκυνοῖς) διὰ τῆς φωνῆς τὸ ἔχοντα πρόσωπον διεστέλλουσι καὶ διὰ τοῦτο ἀνακλούσῃ κατὰ τὸ ἔχοντα πτώσεις; ibi vero optime habent, nam terminaciones sane, quae ad possessionem pertinent, lege analogiae et per numeros et per casus flectuntur. Hoc vero loco verba illa prorsus incepta sunt. — De Uhligii emendatione vid. discr. script.

Causam, cur singulare singularum personalium personae numeri casus a diversis radicibus deri- ventur (τὰς κατατάξις = ἀνακλούσῃ τὸ ἔχοντα, opp. ἀνακλούσῃ τὸ ἔχοντα synt. 104, 21) hanc esse statuant, quod, quaecunque vocabula (in nominativo singulari) una terminacione tria genera indicant (συντάξις), per casus numerosque non flectuntur. Quacum lege pugnare sane sūt, quod cum uno exitu tria genera designet, tamen declinetur; non pugnare τοιχρόνες declinatum, cūm enim nominativum singu- larem non uno fine uti ad genera distinguenda (οὐ τὰ τρία γένη, ἐδικτοῦ), sed duobus finibus. p. 12, 4–14.

Jastū vero causa est, cur ceteri casus non descendant a nominativis (personalium), qui uno exitu tria genera denotant; eadem de causa ea personalia, quae genera terminacione discernant, per casus flectuntur. p. 12, 14–17.

p. 12, 15 συνεξιταχμένας τῷ τοῦ γένους σύγχρονοι] Percommode accidit, quod de eadem re fusius disputavit synt. 103, 11 seqq. (quae in suum usum convertit Prise. XVII, 63 p. 145, 15 seqq. Hertz).

„Nomina“, inquit, „facta sunt, ut animalium rerumque non solum substantiam, sed etiam qualitates significent. Quoniam autem et demonstratione et relatione carent, quae pronomina personas definunt, plurimae sunt nominum formae, quae rebus accommodatae sint ac tamquam respondeant; quae formae nominativo casu ad proprietates rerum aptae, ne illae proprietates obliterentur, etiam obliquos casus requirunt cum nominativo congruos; ita fit ut aequalis sit nominum per casus numerosque declinatio. Ob eandem causam necessario etiam genera terminacione discernuntur. Contra pronomina nihil nisi substantiam significant, ad quam indicandam et demonstrandi et referendi vis ac notio eis subiecta est. Omnim autem nominum locum cum a natura facta sint pronomina ut occupent, omnem omnium nominum in declinando analogiam aspernantur, ne quam terminacionem cum uno nomine communem habeant. Eandem ob rem, ut in eiusvis nominis locum substitui possint, personalia finibus non distinguunt genera. Ubi distinguunt (οὖτος, ἐκεῖνος), abundantia est, sed non sine idoneis causis admissa“ (synt. 105, 11–106, 3). Hoc loco est: ‘formae mutatio, flexio’.

Falluntur autem, qui aliquam in primitiis dispicere aequalitatem sibi videntur, ἐψέος et ἐψέων, ἑμῖν et ἑρόν inter se convenire putantes, quod genetivi plurales parem habent syllabarum numerum ac singulares. Nam neque unius aequalitas regulam, quae de pluribus valeat, efficit; neque vero sunt aequalia, quibusdam enim rebus inter se discrepant. Ne haec quidem probanda sunt: ‘Cum enim, inguiunt, a vocali ε incipiunt pronomina primae personae (qua re ἀνακλούσῃς ἐχοντα) in extrema vocabularum parte σύγχρονος est exīta: (quae existerit, si casus et personae ἀνακλούσῃς in exitu pronominum distinguerentur). Nam qui dici possunt pronomina primae personae hac in re aequalitatem esse, cum dualis et pluralis eorum ab ε littera non incipiunt?’ p. 12, 18–13, 3.

p. 12, 19 Ante εψέον quae inseri vult J. Guttentag, flagitari dicit verbis quae p. 12, 21–22 leguntur. At vereor ne non sint necessaria; nam quae cogitando facile supplerunt, saepissime omittit Dyscolus.

In interpretandis verbis 12, 24 ἐπει γάρ — 25 σύγχυσιν Skrzeczkam secutus sum (1847, p. 5—6), qui haec adiecit: 'Haec vix intelligi possunt, nisi memineris brevius esse dicta, cum respiceret ad rem multum grammaticorum disputationibus agitatum. Quae-rebant enim grammatici (vide de pron. p. 104; de synt. p. 95, 17), cur pronomina per-sonas priore vocabuli parte distinguenter, non ut verba terminatione: eamque quaestio[n]em Apollonius ll. ec. ita dissolvit, ut factum id esse dicat, ne casuum et personarum nota[re], si in eadem essent vocabuli parte, confunderentur (de pron. 104, 11). Haec igitur ii, quorum sententia redarguitur, ita coniunxerunt, ut id, de quo h. l. potissimum agitur, in senten-tiam causalem referrent, alterum, cuius Apollonius ipse hic quidem mentionem non fecerat, ponenter in enuntiato primario . . . Fortasse qui ita disservabant, personas discernere pronominum maxime proprie fuisse et propterea iam ιχθούς satis factum esse existi-mabant, si a suis quaque persona inciperet litteris: casus cum verbis appositi discrimen-terunt ιχθούς fingi potuisse. Sentio quidem satis impeditam esse hanc totam dispu-tationem, cum diversae res miseri videantur: sed qui omni ratione analogiam etiam in pronomi-nibus defendendam esse sibi persuaserant, speciem saltem ιχθούς invenisse satis ha-bentes crassa egerunt Minerva (cf. p. 12, 18 seqq.), et simul etiam ad alteram, de qua diximus, quaestionem responderunt'. — Sed qua re commoti ad alteram illam quaestio[n]em, quae ab h. l. pro rorsus aliena est, responderent illi? Hie enim nihil quaeritur nisi hoc: sitne ιχθούς in primitivis necne. Quae plerumque ita comparata est, ut et stirps vocis integra servetur et fines analogiae lege per casus flectantur. Itaque esse eam in primi-tivis nemo non statueret, si hoc modo flecterentur ἐγώς ἐγών. Illi vero, quos inducit Dyscolus, satis laberunt servari unam ει litteram in initio, non, ut solet, stirpem integrum; sed ea re qui σύγχυσις evitata esse dici potest ἐν τοῖς τέλεσιν? Etiam si integra stirpe maneret per omnes casus, nulla esset σύγχυσις: σύγχυσις esset, non si casus et personae ιχθούς; in fine pronominum distinguenterunt, sed si simul distinguenterunt in fine, sive ιχθούς sive ιχθύους; quae tamen res ne cogitari quidem potest. Cur igitur posse id fieri illi statuerent? idque h. l., ubi non hoc quaeritur, quid sit cur initio pronominum personae, casus exitu discernantur, sed illud unum, ut supra diximus, possitne aliquod ιχθούς; vestigium in iis dispici. — Sed quid de h. l. fiet? Quamquam supra Skrzeczkae interpretationem protuli, tamen vix a me impetrò ut in ea acquiescam. In mentem venit sic scribere ποθεὶ τούτοις: 'quoniam personalia primae personae ab ει omnia incipiunt itaque ab ιχθούς non abhorrent: natura fert ut, ea coniuga esse, opus non sit terminationibus ostendi'. G. Uhlig autem censet, quod coniecit οὐ κλίσις, h. l. idem significare, quod ιχθύους: 'inaequabilis in fine flexio primae personae con-fusionis causa esse non potest, statim enim agnoscinus incipiente ει littera, formas illas esse coniugas'. Sententia eadem evadit, quae mea conjectura elicetur; sed mirum est, quod attributive ponit oportebat ἐν τοῖς τέλεσιν, dici praedicative.

Quo nomine possessiva appellanda sint, quaeritur. Apparet autem, neque σύγχυσις dicenda esse possessiva neque ιχθύους primitiva. Nam primum ea, quae ιχθύους vocant, etiam ubi demon-strativa[rum] habent personas (i. e. in prima secundaque persona vid. synt. 60, 4), interdum articulum praepositivum non assumunt, postpositivum omnino respuant; deinde quae ιχθύους vocant, est ubi articulum praepositivum patiuntur, cum postpositivis semper coniungi possunt. Itaque iure appellationes inter se commutari possunt. p. 13, 4—25.

p. 13, 6 Cf. synt. 56, 15 sqq. — Mirum est, quam appellationem reiecerit Apol-lonius, eadem ipsum dare οὐ possessivo pron. 76, 1.

p. 13, 7 Ante δεκτούς supplendum est 'interdum', ante έκτα; 'semper', de qua re supra ad 8, 15 diximus.

p. 13, 8 Praecipit igitur Apollonius, de tertia persona dicere licere οὐ έμός έστω 'er ist der meinige', sed non licere in prima aut secunda οὐ έμός εἰ, οὐ σός

εἰμι, 'du bist der meinige, ich bin der deinige'. Quod non concedit Apollonio Schoemann art. p. 50—51, etsi gracia eius generis exempla non in promptu habet. — De eadem re v. pron. 14, 15. synt. 23, 10, 49, 2—5, 56, 15 sqq. 101, 4. Prisc. XII, 9 p. 582, 2 Hertz. p. 13, 11 τὸν έμόν vid. synt. 26, 15, 59, 19 sqq. Schoem. art. p. 57 sqq. p. 13, 12 cf. Schol. Dion. Thr. BA p. 923, 10 (ubi ἐν θέσται est pro ἐν Τηνάδι). p. 13, 22 οὐτοί i. e. pronomine possessivo non adiecto. p. 13, 25 Skrzeczkae emendatio probanda est, praeter οὐλος illud, quod ante σύγχυσιν adiecit; id enim h. l. non magis necessarium est addi quam 13, 8 ad έμός εἰ ήμέτερος εἰ et synt. 49, 2—4.

Supra ostendimus primitiva articulūm praepositivūm non pati; restat ut, eis rei quae sit ratio, demonstretur. Est autem haec. Articulūs non demonstrandi, sed referendi notio subiecta est, primitiva vero adhibentur ad res demonstrandas; quare praepositūm articulūm non admittunt. — Poteris etiam sic dicere. Pronomina ad interrogatio[n]es respondendi causa relata primaria cognitionis viam habent, articuli vero secundariae, i. e. articulus rei iam ante cognitis memoriam redintegrat. Itaque articulus secundaria cognitione i. e. anaphoram designans non potest praeponi pronominibus. Postpositivūm vero articulūs, ut qui repeat id, quod pronomē demonstrando designari, nihil obstat quin subiungatur pronominibus. Cui rei testimonio sunt derivativa i. e. possessiva. Quae ubi demonstrant possessionem, quae coram adest, i. e. ubi ad prijam secundaque personam pertinent, ('meus es, tuus sum'), ibi articulūm respunt, ubi vero ad absentem possessionem referuntur ut ad rem iam ante notam, articulūm praeponi potest. p. 14, 1—18.

p. 14, 2 Cf. synt. 17, 5, 26, 14, 29, 5, 98, 25. Prise. XII, 1, 4 p. 579, 15 Hertz. p. 14, 5 Cf. synt. 57, 9—58, 11.

p. 14, 9 γνῶσιν πρόταγ[η] synt. 57, 23: οὐτε οὐ έξ αὐτῶν δεῖξεις πρόταξις έργοδοι εἰπον ηποκειμένον προσώπουν, οὐ δεκτούς τῆς τῶν έργων συντάξεων, οὐ οὐρανούς τὴν πρόταξιν, οὐ οὐρανούς δε δεκτούς. ηποκειμένοι έργοι κεκλίσανται τῇ τῆς συντάξεως. Prise. XVII, 27 p. 124, 14 Hertz „Articulus secundum notitiam suppositorum demonstrat. Si enim dicam ηποκειμένος ηθεν, primam notitiam ostendo, sin οὐ ηθηποκειμένος ηθεν, secundam.“ Quam demon-strandi viam primā tantum et secundā personāe subiectam esse praecepit synt. p. 114, 18. cf. 60, 4. pron. 13, 7, 14, 5, 15. Tertiae personae personalia, a quibus, quae nos de-monstrativa dicere consuevamus, non secernit Apollonius, quamquam interduum non minus δείξεις τῷ οὐ έργον quam personalia primae et secundae personae, vel si έργον; vel οὐτος; preferentes aliquem vel rem aliquam, quae oculis conspicitur, designamus: in universum tamen ad unam anaphoram efficiendam a natura facta sunt, quae ipsa quoque δεῖξις quadam est, etsi non δεῖξις τῇ οὐ έργον vel alius cuiusdam sensus, quae primae secundaeque tribuenda est, sed δεῖξις τῷ οὐ οὐρανού; mente enim carum rerum, quae tertiae personae pronominibus designantur, accipimus cognitionem synt. 98, 15—99, 22. Schoemann art. 20, 54. Cf. ad 61, 8.

p. 14, 13 Αγελάτος γάρ] γάρ particula saepissime cum ab aliis scriptoribus tum ab Apollonio ita usurpatur, ut ad sententiam animo supplendam spectet. ut h. l. alia est ratio articuli postpositivi, nam is' e. q. s. Eiusdem generis exempla habes haec pron. 19, 25, 25, 7, 33, 3, 48, 25, 83, 22, 88, 25, 92, 9, 17, 97, 20, 102, 19, adv. 145, 23, 146, 24, 183, 6, 186, 24. Est etiam ubi per γάρ particulam Apollonii refutatio adnectatur, quae adversariorum verbis subsequitur, ita ut haec cogitando sint supplenda: Αλλούν έργος, nam e. q. s.; cuius generis haec sunt exempla: pron. 55, 4. adv. 170, 25.

p. 14, 13 Exempla, in quibus oratio et singulare numero transit in plurale, Skrzeczka 1847 p. 6 attulit haec: synt. 125, 4, 339, 17; ubi ex plurali in singularem: pron. 27, 15. synt. 133, 20. — Sine obiecto ζυγόνοστι τῷ κατηματι possessiva, ubi ad possessionem, quae oculis conspicitur, spectant i. e. ubi possessio primae vel secundae personae est; vid. pron. 13, 8.

p. 14, 18 Cf. pron. 6, 9, 14, 18, 21, 24, synt. 45, 22—51, 8, 63, 17, 24, 20.
Prisc. XIII p. 11, 19 Hertz. Schoemann art. p. 49.

Supra dictum est (p. 13, 20) *possessivis postpositum articulom non subiungi* (nam is ubi pronomen cum nomine iunctum subsequitur, nominis est). *Cucus rei haec est causa. Articulus cognitionem antecedentem*, (Prisc.) i. e. iam prius mente conceptam, revocat; *in possessivis vero nude positis eius, qui possidetur, persona non cognoscitur; eius igitur qui potest cognitionem repetere postpositus articulus?* p. 14, 19—24.

Quia in re hoc tenendum est, Apollonium id, quod nos pronomen relativum, veteres $\chi\varphi\beta\sigma\omega$ οὐτοπατέρων appellant, articulum esse concedere tantum modo ibi, ubi subsequitur ea, ad quae refertur; in aliis structuris, velut ubi in protasi, nec articulum nunc pronomen esse censem. Quia de re vide Schoemann. art. p. 19, 23 sq.

p. 14, 23 τὸ γῆσιν ἐπαγγέλλεται i. e. articulus; οὐ ἔλεπτος προσάπων δεῖξε scil. possessivi pronomini.

Articulus autem possessivis praepositus non ad possessorem, quem priore vōcis parte designat, sed ad rem possessum pertinet, quae ipso pronomine non definitur (mente igitur supplenda est, nisi oculis cernitur). *Itaque ad eam dirigunt articuli forma. Accedit quod pro ὅ εὑρις πατήρ dicens liceat ὁ πατήρ μου* ut sublativo possessivo articulus maneat. p. 14, 25—15, 12.

p. 15, 2 Quid sit τὸ ἑταῖς et τὸ ἑταῖς sive εἰσθετις πρόσωπον, supra ad p. 11, 23 expositum est. De eadem re agitur synt. p. 60, 3—63, 22. Cf. 170, 28.

p. 15, 3 Uhligi emendatio verissima est; in eandem ipse incideram. Guttentagii scriptura vel ideo probari non potest, quod subiectum desideratur; ἐπαγγέλλεται enim, ni fallor, nunquam apud Apollonium non est medium; v. pron. 14, 21, 15, 27.

p. 15, 4 εἰτε (i. χτυπητή scil.) τίνι τῶν πρώτων προσάπων μετάβασιν ὥριζει (vid. de μετάβασις vocis notionibus Skrzczka 1869 p. 16, ubi h. l. omissus est): primarum personarum i. e. primae et secundae personae vicissitudinem (ipso vocis sono) definit, indicat ubi prima in secundam, secunda in primam transeat; haec autem ideo a tertia seunguntur, quia ad tertias personas definiendas non solum pronomina, sed etiam nomina adhibentur; cf. pron. 25, 7.

p. 13, 16 Prisc. XII, 10 p. 582, 4 Hertz 'Possessivis solent praeponi articuli, sed ad sequentia nomina necessario intelleguntur: ὁ ἐμὸς δοῦλος, i. e. ὁ δοῦλος μου.' Schol. Dion. Thr. BA p. 914, 32 τῶν γὰρ ὑπακοούμενον πτερύχιον τὸ χρῆμα: ib. 914, 17. 922, 14.

Id fierunt qui negant (in his Habro, qui in libro de pronomine de hac re disputaverat, synt. 60, 10 sqq. 79, 27) *et articulum etiā ad possessivum pertinere censerent. Sed falluntur.* p. 15, 13—19.

Hunc locum Skrzczka in litteris ad me datis ita explicat: 'In ὁ πατήρ ὁ εὑρις hat nomen und pronomen den artikel, was nicht möglich wäre, wenn das pronomen den artikel anzunehmen nicht fähig wäre: denn wenn ὁ εὑρις πατήρ und ὁ πατήρ ὁ εὑρις dasselbe wäre (das müsste aber sein, wenn der zweite artikel nicht zum pronomen, sondern zum nomen gehörte), so müsste ja bei einer umstellung der sinn unverändert bleiben: was nicht der fall ist.'

Qua in interpretatione nunc acquiesco, quamquam et perplexe locutum esse Apoll. nec sibi constituisse video. Nam synt. 60, 13 de eadem re agens adversarii haec preferentes facit: εἴπερ τὸ χρῆμα ἐτι τὸ ὑπακοούμενον φέρεται, πτυχτός ἡν τὸν κόπτον πτερύχιον λαττατας ἐφέρεται πρὸ τῶν ὑπακοτῶν. οὐ τῷτο δέ ἐστι τὸ ὁ ἐμὸς πατήρ τὸ ψεύδεις ἡ πατήρ. Quos refutat 61, 10 οὐκ χρέ παρότι τὸν ἐξαλλαγὴν τῆς φρέστος πατήρ τὸν μετάβασιν οὐδὲ τὸν πτερύχιον ἐτι τὸ χρῆμα ἐν τῷ ὁ ἐμὸς πατήρ καὶ ἐν τῷ ἐμὸς ὁ πατήρ. Adversarii illi in libro de synt. dicuntur articulum unius possessivo attribuisse, in libro de pron. et possessivo et nominis: pron. 15, 29. synt. 60, 12.

Quae argumentatio in duas partes divellitur, quarum posterior priore loco refutatur.

Quod pronomina sedc mota sententiam immutant, ea ex re non colligitur non esse nominis articulum. Nam etiam adverbia, inter articulum nomenque posita, quamquam ad articulum non pertinent, ubi sede mutata articulo praeponantur, efficiunt ut varietur sententia. p. 15, 19—29.

p. 15, 25 καὶ ταῦτα, etiam haec (adverbia), ut possessiva; καὶ nescio an necessarium sit, ut peropportune illinc asciscatur.

Neque quidquam ex ea re efficitur, quod alter articulus nominis, alter pronomini praeponitur: nam primum saepissime ad unum nominatum duo articuli pertinent. Quorum neuter redundant; prior enim anaphoram, posterior rem non aliud esse indicat. Deinde articulus qui potest esse possessivus, quippe in eius locum in tercia quidem persona generi ἐκείνῳ sim. substituuntur? Denique articuli non demonstrandi causa ponuntur. Ad possessoris igitur personam, quae possessiva, quippe pronomine, demonstratur, pertinere non potest articulus. p. 16, 1—13.

p. 16, 1 ὅτι καὶ τὰς ἀπότομάκις ἐστι τὸ χρῆμα καὶ servandum esse apparent ex h. l. pron. 15, 14 εἰναι γὰρ ἰδεῖν χρῆμα τῆς ἀπότομάκις καὶ ἰδεῖν τοῦ πτερύχιος. Quamquam haec in re sibi non constare Apollonium supra monimus.

p. 16, 3 Etiam h. l. γῆρα desiderari videtur, ut p. 10, 13.

p. 16, 4 καὶ ταῦτα delendum esse elucet ex h. l. pron. 15, 24 τὰ χρῆμα τῶν ὄντων ἀπότομάκις καὶ τὸν γραμμάτων ἐπιστρητόν. synt. 60, 11 οὐκ εἰναι τὸ χρῆμα τῶν ὑπακοούμενον. 61, 9, 11. Recte autem dicitur et φέρεται καὶ ταῦτα γὰρ πτερύχιον synt. 61, 15. vel εἰτι τὸν χρῆμα, ib. 61, 26 vel ὑπερέσσθαι εἰς γάρ τὸν εἰδεῖν ib. 61, 24 eodem sensu.

p. 16, 8 Ἐπει τοῦτο et οὐκέτι sexcenties ita leguntur: sed fortasse αὐτὸν ab ipso scriptore profectum est, quamquam alia eius omissiona exempla apud Apollonium iuveneri non memini: nam loci de synt. p. 124, 24 diversa est ratio. . . cum ex verbis ὁς Αἰγαῖος, facilius repeti potuerit dicendi notio, unde alterum ὁς suspensum est'. Skrzczka 1847 p. 6.

p. 16, 10 Praepositionem ἐν tuetur Skrzczka et h. l. et his synt. 96, 22, 250, 13, 233, 7, 240, 19, adv. 133, 3.

p. 16, 14 γρῆ—18 ὄντων] His verbis summa continetur totius disputationis, quae instituitur de appellatione pronomini personali atque possessivo imponenda p. 13. 1—17, 17. Quae quidem summa h. l. cogi non potest: superest enim ut de Draconis invento quaeratur. Id nisi factum est, concludere non licet inter omnia nomina praestare id, quod Trypho proposuerat. Quare dubium omnino non est quin verba illa hinc tollenda et post ἐμὸς πτερύχιον p. 17, 17 collocanda sint. Vid. Mus. Rh. XXIV p. 590. His de causis, quas supra exposui, ab Uhligio dissentio.

De Tryphonie vid. de Velsen p. 27.

Verum non est, articulos pronominibus (personalibus) ideo non addi, quod haec non distinguant genera: crederes potius oportere addi, ut genus distingueretur, a possessivis vero, ut quae genera formis separant, alienum esse articulum. Sed iuri personalis articulum respuant; sufficit enim ad definendum genus demonstrandi vis, quae in possessivis est. Omino articuli non ponuntur ut genus patet, nam ipsorum aliquot formae genera non severunt. Itaque cur articuli pronominibus non praeponantur, haec est causa, quod pronominum est demonstratio, articulorum relatio. p. 16, 19—27.

p. 16, 19 οὐδὲ γένεσι τοι λέγειν] cf. pron. 39, 2, 23, 52, 7, 62, 3, 87, 1 all. Haud rarius ille dicit τὸ λέγειν.

p. 16, 21 'Oportebat ἵνα διεπεῖν, quo tamen modo certum est, non scripsisse auctorem, quippe cui ἀπότομάκιον τὸ ἵνα ἀνέψειν de synt. 260, 29 (= 272, 17). Quin etiam optativum non nisi figurate iungi censem in libro de Coniunctionibus, plane sicut Lesbonax p. 186 e. q. s.' Bekker in var. lect. — Ceterum locum libri de Coniunctionibus se reperire non potuisse profitetur Skrzczka 1869 p. 3. Neque ipse repperi. — Cf. coni. 249, 6.

p. 16, 22 ἀπότομάκιον τὸ ἵνα οὐ δεῖξε] Ante haec verba cogitando supplenda esse: 'sed iure personalibus non apponitur' me monuit Skrzczka. Eius generis exempla concessi ad 14, 13.

p. 16, 24 παραλημμένονται restituunt e codice voluit Uhlig Em. p. 31, Bekkeri nisus testimonio. At singularis est in codice. De re cf. synt. 23, 17 sqq.

p. 16, 24 ἐπεὶ οὐδὲ ποτὲ δικαστὴλει sc. τὰ γένη] articuli ne ipsi quidem genera secernunt, συνεπιστόντες τοὺς γένεας, cum diversa genera una forma comprehendant, (velut in gen. plur.): nedum ad aliorum genera distinguenda facta sint. Quod Skrzeczka 1854 p. 10 dicit, non pendere a συνεπιστότερον dativum, non satis liquet.

Druco possessiva διπρόσωπα, personalia μονοπρόσωπα dixit. Quod improbandum est. Quamquam enim nemo negat, duas esse in possessivis personas (possessoris et rei possessee), in personis namibus unam: tamen ab ea re nomen inventare non possunt, quippe in qua carlo rei non magis versetur, quam in aīis quibusdam rebus, quibus differunt p. 17, 1-17.

p. 17, 1 Cf. Schoemann art. p. 59 n. 21.
 p. 17, 4 Cf. synt. 258, 26. Prisc. XII, 33 p. 597, 13 Hertz.
 p. 17, 7 Cf. pron. 105, 21.
 p. 17, 10—12 Cf. p. 18, 6. synt. 149, 24.
 p. 17, 11 *νετζζετζιος*, i. e. ita ut persona verbi diversa sit a persona possessivi.
 p. 17, 19 Huc transponenda esse, quae p. 16, 14—18 leguntur, supra dixi.

Sequuntur Apollonii de personis placita. Quae sintue ita nunc disposita ut illi protulit, mini quidem non satis videtur constare. Nam antea profecto definiendum erat, quid esset persona et cur hoc maxime nomen imponendum videretur, quam cause afferrentur, cur non plures quam tres personae extarent. Itaque coniecerit fortasse quispiam, quae pertinent inde a p. 17, 19 usque ad p. 18, 14, inserenda esse post p. 19, 8, ut hunc habeas totius disputationis ordinem: 1) Persona quid sit? p. 18, 14—19. 9. 2) Cum non plures personae quam tres extent? p. 17, 19—18, 14. 3) Pluralis et dualis unius eiusdem personae quae sit natura? p. 19, 9—21, 2.

De Personis. Fieri non potest ut plus quam tres sint personae. Quemadmodum enim omnis numerus, qui ultra dualem progreditur, pluralis dicitur: ita omnis persona, quae secundam excipit, tertia appellatur. In prima autem et secunda singulis numeris singulare formae tribuantur; tertia complures habet voces, ut, quidquid in tercia persona distinguendum est, discernatur pronominibus, quippe quae dependent personas: etsi *qui* significat, quod prope est, *etiamque*, quod longe abest e. g. s. Sed etiam possessivorum nominibus sunt tertiae, p. 17, 19—18, 13. Cf. synt. 121, 2 sqq.

p. 18, 1 Qua re commotus Bekker ἡ ψῳ. pro οἱ ψῳ. scripserit, non satis liquet
p. 18, 3 εἴτε ἐστων] Sic corrige: γίτε ἐστων. Ad rem cf. synt. 99, 16 Prisc.
XII, 1 p. 577, 5 Hertz: Bekker in var. lect. Quod non intelligo: εἴτε (sc. εἰσι) samum
est; si quidem ἐστων όδε reliqua in usu sunt'. Skrzeezka 1847 p. 7.

p. 18, 4 synt. 99, 23.
p. 18, 5 Prise XII, 1 p. 577, 20 Hertz: 'Si enim super omnes alias partes orationis finit personas pronomen, rectissime tertiarum quoque personarum differentia distincta profertur, quae plurimis habet diversitates. unde non irrationabiliter tertia verborum personas infinitas Apollonius dicit, cum nulla in eis certa finatur persona et profundus multitudinis sint capaces, quomodo et pluralis numerus nominum, nisi adiungas eis verbum vel pronomen, cum prima et secunda persona eis non egeat.'

p. 18, 6 Skrzecze 1847 p. 7: 'Apparet scribendum esse δεῖξει πὲν ὡς οὐτοῦ
χρησίσῃ δὲ ὡς κατέβει, καὶ ἔτι ἐν διαστάσει (sc. δεῖξει) ὡς ἔτεινος. Cogitabam aliquando
de alia emendatione, ut scriberetur χρησίσῃ δὲ (ἐν χρησίσῃ) ὡς κατέβει, sed ut p. 24,
χρησίσῃ oppidum est ἐπέργαται et διαστάσει, sic h. l. χρησίσῃ potest [op]poni δεῖξει: qua-
enam non absurdum, monstrari nequeunt. Sic p. 21, 6. ubi οὐτοῦ, expugendum, et p. 37, 21.

p. 18, 9—10 πρώτου πρὸς τρίτου] i. e. ‘in his ἔνοιξε τὸν ea ratio intercedit inter possesseorem et possessam rem, ut ille sit primae, haec tertiae personae’. synt 149, 18 Prise, XII, 11 p. 583, 20 Hertz: „et primae quidem possessivum personae transit tam ad secundam quam ad tertiam, sicut supra dictum est, ut ‘tu meus es’ et ‘ille meus est’; secundae quoque possessivum tam ad primam dicuntur quam ad tertiam, ut ‘ego tuus sum’ et ‘ille tuus es’; tertiae vero ad primam vel secundam transire non potest nisi figurate, ut ‘suus illius sum’ vel ‘suus illius es filius’, sed ad aliam tertiam, ‘suus illius iste’ vel ‘suus istius ille’“.

p. 18, 11 ὡς ἐν τῷ ὅς δύο τρίτα] cf. pron. 22, 15 ἥμαρτες (τὰ τρίτα possessivorum et pronominum et nonnum) δύο τρίτων περιστεκτικά, τοῦ τε κτήτορος καὶ τοῦ κτημάτος; ib. 110, 24 τῷ ὅς (ὅς) διπρόσωπον; ib. 102, 14 τριών τὰ τρίτα ἐν δύοις τρίτοις νοεῖται. Quibus cetera tertiae personae trium terminationum pronomina ita opponuntur. ut ποιητέων dicantur ib. 34, 4. 110, 24.

p. 18, 11—12 ἐξ ὧν τὸ κτῆται — ἡντομορφία] Additamentum hoc esse antea mihi persussum erat; nunc dubito ab Uhligio monitus, qui ἐργάζεται ita accipit ut sit medium, (cui subiectum τὸ ὅς, obiectum τὸ κτῆται) ad haec autem ὁς σὺν ἡντομορφίᾳ cogitando suppleatur τὸ κτῆται ἐργάζεται. Sententia igitur laet est: 'In ὃς pronomine possessivo duae tertiae sunt personae, ex quibus si ea, quae possidetur, nou definitur per ὅς possessivum, nihil refert; expositione enim est (cf. p. 15, 5) omnino per pronomen (possessivum) personam eius, qui possidetur, non definiri'.

Forma nominum derivata 'species' (ειδος, Gestalt) dicitur; occipit enim olimq[ue], quod specie simile sit, quo cognoscitur. Mutatione autem in verbis pronominalibusque facta (quae illi nominum derivationi consimilis est) 'persona' vel 'os' (προσωπον, Gesicht, Maske) appellatur; quod nomen aptum est, quo et hoc indicetur, quid ratione intercedat inter eum, qui loquitur, et ea, de quibus loquitur (διεξις των ανθρωπων); et illud, qua animi affectione aliiquid ob eo, qui loquitur, proferatur (διηγησις λογοτητος), p. 18, 14-18.

p. 18, 14 εἰδεῖ γῆς — γνωρίζεται] Hoc igitur vult Apoll.: ‘Quem ad modum omne animal vel omnis res suam speciem habet, qua cognoscitur, ita suam quodque nomen (vel quaeque vox) habet terminacionem, qua, sicut vox illa simplex an composita, perspicitur: apta igitur huic rei est εἶδος (species) appellatio, quamquam non minus per translationem imposita quam πέρσηστον, de quo deinceps dicendum erit.’ — Εἶδος autem (species) est forma vocis cuiusdam, quatenus vox illa aut primitiva aut derivata est cf. Dion. Thr. BA 638, 12: εἴδος δὲ δύο, περσήστων καὶ περγάρων. Prisc. XII, 1 p. 576, 6 Hertz: ‘Species pronominum bipartita est; alia enim sunt primitiva, alia derivativa’. — Ceterum ut dicat ille ἡ τοις ὀνόματα περγάρων εἶδος κατέταξε, cum etiam prototypi sit εἶδος, id ideo fieri monet Skrzeczka (1869 p. 16), quod etiam in eis, quae sequuntur, de mutationibus in verbo ac pronomine factis sermo sit: τὸ δὲ τοις ὄνυχι καὶ γνωνόντις μετέβησε πρόσωπον: μετέβησε enim h. l. est formae vicissitudo, qua indicatur personam commutari, sed cum μετέβησε etiam aliter accipi possit, iure vituperat scriptorem Skrzeczka l. s. s., quod, quam vellet μετέβησε h. l. intellegi, non satis accurate patetfecerit; praeterea non μετέβησε i. e. mutationem, sed formam per metabasin mutantam πρόσωπον appellari (rectius l. 18 ἡ διάταξις λέξεων τὰ προκείμενα, ubi tamen λέξεις vix sanum esse potest, cuius in locum substituere μετέβησε; in mentem venit Skrzeczkæ). — Ut adhuc in interpretando h. l. satis impedito Skrzeczkam secuti sumus, ita, quae de διάθεσι; voce disputavit vir doctissimus, minus probanda videntur. Quia de re quam habuerit controversiam, dedita opera persequi alienum est (vid. Fleckeiseni ann. 1869 p. 13—24. p. 161—64. p. 390—92); sed quae Schoemann luculente acuteque de hac re disseruit, ea quatenus ad. h. l. pertinent, nunc strictim attingemus. — Duo igitur sunt διάθεσι; genera: quorun prius, quod non minus est infinitivi quam modorum, est ratio, quae intercedit inter subjectum vel obliquos casus et actionem, quae e verbo tamquam emanat (Verbal-

diathese. Thätigkeitsdiathese); alterum, quod modorum est, non infinitivi, est animi affectio, qua quis rem aliquam profert vel praedicat (Modaldiathese, Aussagediathese). Vides igitur, banc quidem δέλτιστην (Modaldiathese) unius esse primae personae; nam ea una loquitur, ea igitur nostra, cum loquitur, quadam modo afficitur eiusque unius animi affectio verbi forma aliquo modo mutata tamquam exprimitur. Iam vero harum δέλτιστων utra in hac personae definitione intellegenda sit, non dubitabis: nam cum posterior infinitivos excludat, quod carent personis: h. l. quoniam de ipsis personis agitur, posteriori infinitivo excludat.

Ex his autem apparet, personas definitionem aptam esse et solis ἐπέργοις (cf. Skrzeczka 1869 p. 18) et non primae personae, unde ad res ceterasque personas transfertur (εἰτε οὐτε εἴτε τέτοιος προσώποις ἀπόρρητος εἴτε τοῖς γύρων p. 18, 20, Schol. Dion. Thr. BA p. 888, 15).

Si is, qui loquitur, de se ipse loquitur, priua est persona. Si quis praedicat de aliquo apud ipsum, de quo prouuliat, secunda est; si quis profert aliquid de quodam diverso et ab ipso, qui loquitur, et ab eo, qui conpellatur, tertia. p. 18, 19—22.

p. 18, 19—22 Cf. synt. 13, 19, 254, 4, 113, 20, Schol. Dion. Thr. BA 889, 9, 905, 14—19. Prisc. VIII, 101 p. 448, 11 Hertz: „Sunt igitur personae verborum tres, prima est, quae de se loquitur vel sola vel cum aliis, . . . secunda, ad quam loquitur, de ipsa vel sola vel cum aliis“; pron. 52, 20 τὸν δέλτην τὸν πρός ταῦτα ὑπέρ τοῦ προσδιορισμένου; Schol. Dion. Thr. BA 917, 18, 918, 7 (ubi pro ὑπέρ ἔντονος corr. κάτω); cf. Skrzeczka 1869 p. 18—19, qui illum Priscianum locum ex Ap. Rhematico desumptum esse suspicatur.

p. 18, 20 Skrzeczkae emendationem probavimus (= „in der Aussage über den, an welchen die Rede gerichtet ist“), quamquam ipse concedit, Bekkeri scripturam propius accedere ad ea, quae Priscianus protulit.

p. 18, 21—22 Quae sequuntur apud Apoll. miro sane modo, sed more propruis Apollonianis dicta sunt: quid enim sit εὐ τῇ γῆτε προσδιοριστη (sc. ἀπόρρητοι) μήτε προσδιορισμένα, sentio quidem, sed quomodo tam paucis verbis in latinum sermonem aut germanicum transferas, vix dixeris“. Vix ac ne vix quidem haec sana esse possunt; nam qui potest ἀπόρρητος dici μήτε προσδιορισμένη? Nec patrocinantur vulgatae scripturae pedisegnorum paraphrases (vid. testim.): Prisc. VIII, 111 p. 448, 13 Hertz: tertia de qua extra se et illam, ad quam dirigit sermonem, posita loquitur prima. (Pessime Schol. Dion. Thr. BA, p. 888, 14.) Itaque P. Schmiedier conjectura probanda videtur.

Male cuius personas sic definit, ut primam esse dicant, quae loquatur; alteram, quae com-pelletur; tertiam, de qua agatur. p. 19, 1—2.

Hae, quas recit Ap., definitiones leguntur in Dionysii Thracis, qui fertur, arte p. 638, 21.

Nam si primae personae pluralis (τριῶν) tres voces significat vel complectitur, 'ego', 'tu', 'ille' appareat eam, quae loquitur, et primam dici posse, et secundam et tertiam. p. 19, 3—8.

Quae verba Skrzeczka 1869 p. 18—19 ita interpretatur (postquam pro πρότοις τῷ δέλτῃ scripsi τῷ πρότοις δέλτῃ): ‘Apollonius: non recte, inquit, prima persona dicuntur ea quae loquitur; prima enim pluralis etiam secundam tertiamque complectitur (τριῶν = δέλτῃ τῷ δέλτῃ): itaque haec quoque (secunda tertia) loquentes dici possunt’. Eadem explanationem iam ante iunuerat 1853 p. 3. Sed miram sane esse hanc refutationem, quippe cum ipse Apollonius infra profitetur, suam definitionem, si ad amissum rem exigas, nisi ad singularem aptam non esse, non negat Skrzeczka 1869 p. 19. Cui P. Schmiedier (progr. Barm. 1865 p. 16) hoc non inepte opponit, sono vocis τῷ δέλτῃ non inesse in τριῶν pronomine (quamquam vid. Skrzeczka 1853 p. 3); praeterea ἀπόρρητοι in

tota hac disputatione de eo, qui loquitur, usurpari, ut vix credibile sit eandem vocem h. l. notionem ‘significandi’ induere; itaque γεννητη vocis vim ‘enuntiatum’ subicienda et post ἀπόρρητος intercidisse δέλτῳ δέλτῃ δέλτῃ statuendum esse: ‘in eis enuntiatis, ubi verbum aliquod dicendi praedicatum est, illa primae personae definitio in omnes personas quadrat; itaque non satis certis finibus circumscripta est’. Quae improbamus, quod γεννητη ita, ut voluit ille, accipi non potest. Vides igitur, utramque rationem habere, in quo offendas, sed tamen Skrzeczkae probabilior videtur. Ut πρότοις τῷ δέλτῃ scriberemus cum Ab, nos moverunt haec l. 1 πρότοις πρότοις πρότοις τῷ δέλτῃ.

Sed etiam secunda male ita definitur, ut sit ea, ad quam spectet oratio; nam etiam tertiae propria nomina ad aliquem pertinent. Postremo tertiam non poteris eam dicere, de qua agatur: omni enim persona de aliquo agitur; praeterea primae plurali omnis persona continetur. p. 19, 5—8.

p. 19, 6 ὑπέρ τέ τινος] το porro esse monet Skrzeczka 1847 p. 8 col. pron. 31, 7. — Vid. ad pron. 27, 2.

